

De potestate ligandi et soluendi

et publica per superiores talibus. in ex-
plum et terrore aliorum. Sed in occultis/
cessat hec ratio. quonia pro talibus nulla
penitentia inuenienda est qua nolit confi-
tens recipere. Quonia iuxta memorabi-
le dictum Buihelmi parisiensis salubrius
est confessum cum pauca leuissima peni-
tentia acceptata relinquere in manu dei
puniendum in purgatorio: quam cum magna
non adimplenda detrudere ipsum in infer-
num. ¶ Prouideat igitur deinceps soli-
citus tua pia et pontificalis dignitas Ho-
li claudere regnum dei. caue onera graui-
ceruicibus debilibus et casuris alligare.
Quaobrem a talium casuum occultorum re-
seruatione. qui pro chdolor vix veniunt ad
pessores quoscumque licet celeberrimi sint
¶ Postremo si non placet casus omnes
occultos. quia de publicis non loquimur
relinquere passim cuiilibet confessori/ vt
pro omni etate confitentium. saltem hoc
expedire videretur. primo quod nullus casus
iudicari esse reseruatius quo ad confiten-
tes minores. sed qui non compleuerunt de-
cimam quartam annum. quod non habent p-
fectum usum rationis. nec faciliter resistunt
temptationibus suis. vel malicijs alienis
nec leuiter audent coram personis autenti-
cis et extraneis comparere. quanto minus
non audent de tam pudendis confiteri. ¶
Consulendum est insuper verecundie etiam
parentum si crebro vel publice vel de longi
quo ad penitentarios mitterent. ¶ Et ex-
pedire denique faciliter et cito relinquere po-
testatem super occultis casibus curatis et or-
dinaris et generaliter omnibus qui bona
fide voluerint et sciuerint proficere anima-
bus. non ad questum vel subuersionem. im-
mo tales diligenter inquirendi essent. et
inducendi et rogandi ad laudem dei et sa-
lutem populi confessores et predicatores p-
condescensionem bonitatis. in hoc tempe-
pessimo. quando nimis exprimur heu-
lud Benef. Corrupta omnis caro viam
suam. Hinc horrendum est vbiq; flagitio-
rum naufragium. in quo saluat arca penite-
tie. cuius arce introitum/ ideo plus expe-
dit ampliare/ quam nimia artitudo sua/ pro-
hibeat eos qui ad ingrediendum alluci. im-
mo iuxta parabolam euangelicam quasi co-
pelli debuerunt. ¶ Expediret insuper in
speciali/ dum pax vniuersalis habebitur
domino propicio/ quod quilibet de quacumque

obedientia fuerit/ habeat licentiam genera-
lem et expressam. quod possit absolui ne dum
iuridice sed sacramentaliter a quocumque di-
screto sacerdote. super omnibus in omni
euentu qui peccauit circa materiam hanc co-
tendentium de papatu Dirigat omnia deus
qui est benedictus in secula. Amen. Finit.

In exemplari istius

dialogo titulus non erat inscriptus ex ne-
gligentia. sed vt mihi videtur dialogus
est discipuli dubitantis et sciscitantis. et
magistri respondentis et explanans. et ma-
gistri Johannis de gerson de potestate li-
gandi et soluendi. ¶ Discipulus.

Quam Christe
dederit potestatem ligandi et
soluendi/ principaliter petro
et simul omnibus apostolis et
successoribus. Queritur vnde dicatur hec
potestas? ¶ Sicut cognitio nostra
rationalis incipit a sensu. sic impositio
nominum sumpta est a rebus exterioribus
Dicunt autem aliquis ligatus corporaliter
quando non potest exercere conuenientes
operationes in toto vel in parte. vt ligatus
pedes et manus/ non potest operari ma-
nualiter nec ambulare Dicunt autem solui
dum tolluntur vincula. et redduntur liber-
tati qua possit libere vti membris suis Tra-
ctum est inde nomen ligationis ad spiri-
talia. et similiter nomen solutionis vel ab-
solutionis. vt dicat anima rationalis liga-
ta: quando non potest vti libere legitimis
actibus conuenientibus sue conditioni. Sic
dicunt somnus ligare sensuales aut intelle-
ctuales operationes/ quas vigilia soluit.
Sed magis ad inquisitionem tuam supe-
rior index ita dicitur per sententiam suam
iudicalem penale/ ligare subditum/ dum
tollit ab eo liberam facultatem aliquid ci-
uilitate exercendi. Absoluit vero dum fa-
cultatem homini restituit. ¶ Dicitur placet
quod protinus ad compendium dicitur Sed
dicitur potestas predicta ligandi et soluendi
sunt clauis ecclesie. vel clauis de quibus
dictum est Petro. Et tibi dabo clauis re-
gni celorum. ¶ Quamuis differentia
multiplex assignari possit. accipiuntur ta-
men aliquando synonyme per doctores iux-
ta prefatam transumptionem. Nam sicut

clavis materialis aperit et claudit. sic spiritalis suo modo. Sed quia vis breviter sermone/ neque de clavis huiusmodi perfectum habere tractatum. necesse est propter alia que de potestate ecclesiastica latius habes tractata. Coartabitur hic etiam nunc sermo de potestate ligandi et solvendi iudicialiter per sententias laticas/ ab homine vel a iure/ iudiciali seu iuridica Et describitur in primis quid est sententia. **S**ententia in genere est impositio nominum impositio nem. et modos significandi grammaticales innumo metaphisicalibus/ esse determinata acceptatio alterius partis contradictionis. Et derivatur a sententia. quia sententias ita sentit. nec pertinet nisi ad viuentes ratione. **D**iffert autem a consilio sicut conclusio ab inquisitione. iij. Ethicorum est philosophum Unde consilium est questio vel inquisitio resolutoria super medijs aptis ad consecutionem finis intenti. Sententia vero est determinata acceptio alterius partis/ que in disceptatione vel consilio versabatur. **E**t hoc aliquando facit homo solus secum super proprijs agibilibus Inde est illud apud Job Sententia labia mea puram loquetur. Et apud comicum. stat sententia. Et in proverbijs. Sapientior sibi piger videtur septem viris loquentibus sententias. cum multis similibus Unde nominatim liber sententiarum. **A**ttamen et sepius et rei nostre vicinibus/ sententia dicitur conclusio preconsiliata per plures in iudicando Et convenit synonyme cum iudicio quod fertur post consilium. iuxta verbum christi/ ponentis gradus/ inter penas/ ire debitas. Qui irascitur fratri suo inquit reus erit consilio qui autem dixerit fratri suo racha. reus erit iudicio. qui autem dixerit fatue. reus erit gehenne ignis. Est itaque secundum glosas minus graue quod pena vertatur adhuc in consilio quam dum determinato subiaceret iudicio. deinde omnium grauissimum quod iudicij fiat executio. Et est sententia sic accepta/ decretum vel dictamen vel iudicium superioris/ per quod vult legitime subditum suum per penam ligari vel a pena liberari propter deum De tali sententia iudicio iuber dominus in Exod. Nec in iudicio/ plurimorum acquiescent sententia ut a vero deus. Et in Ecclesiaste. Quia non profert cito contra malos sententia. filij hominum absque ullo timore perpetrata mala. Et in euangelio Joh.

A nolite iudicare secundum faciem sed iustum iudicium iudicare. **D**e iudicio et iusticia repletur ipsa sacra scriptura. ac proinde potest vberius agnosci quid sit iudicialis sententia. et quemadmodum sententia idem est cum iudicio. Sententia autem duplex est quedam ligans vel obligans. alia solvens vel absolvens. Claret in super quomodo sententia ferri debet legitime. id est conformiter ad legem presertim divinam. Et quod in obscuris aut dubijs preuium sit consilium Et ut pre oculis deus semper habeatur tanquam finis omnis finis.

Sed oritur questio consequenter si quilibet iudex qui potest ferre sententiam iudicalem ligantem. potest eadem auctoritate ferre soluentem **P**otestas de qua loquimur non est potestas solius ordinis que respicit corpus christi vix. et que dicitur equalis apud omnes qui per characterem sacerdotalem habent potestatem consecrandi verum corpus christi non plus papa quam sacerdos infimus Nec vero potestas iudicialis seu iurisdictionis in ecclesia/ respicit corpus christi mysticum Cuius potestatis plenitudo residet penes summum pontificem et est in ipso tota/ potestatis. Leteris vero per presbiteros derivatur iuxta determinationem legitimam/ istius fontalis et prime potestatis. et hoc ne confusio sit in ecclesiastica potestate. sed sit figurata ad exemplar ciuitatis hierusalem tanquam descendens ab ea secundum apoc. Joh. Dicendum est igitur. quod datur aliquibus potestas ligandi iudicialiter in multis casibus et ipsis prohibet absoluendi facultas **S**aris animaduerto casus multos. **S**ed nunquam potest papa concedere facultatem alicui sacerdoti. sit ille Johannes quod persona aliqua singulari reputa martinum/ absoluere possit ab omnibus sententijs tam a iure quam ab homine latis. **U**tique potest **C**onsequenter queritur. si per concessionem hanc generaliter/ possit martinus absolui generaliter ab omni vinculo sententie penalis late tam a iure quam ab homine. Et ut compediosius inquiratur. poterit ne martinus absolui ab irregularitate quam contraxit/ quia celebravit excoicatus. **V**idetur prima facie quod sic. nisi certitudine aliquis ostenderit repugnantem. cum beneficium principis sit latissime interpretandum pene vero restringende. Et ut manifestius fiat istud quod dicimus/ loquimur inter de

• Dialogus de potestate

sententia iudiciali lata ad hoīe. Et pona
m^o q^o martin^o delatus fuerit suo iudici/ce
lebrasse missam. ipso stante excoīcato. ac
pinde ferat in eū sententiā q^o est irregula/
ris. et ad celebrandū deinceps inhabilis

D Casus iste quotidianus esse potest.

R Vicem nūc interrogantis accipio
Poterit ne martin^o taliter ab hoīs senten/
tia ligatus absolui p^o Johes sacerdotem?

D Cum ligare et soluere sint correlati/
ua adinuicē si martin^o potuit ab hoīs sen/
tentia ligari vinculo irregularitatis. quō
nō poterit ab hoīs sententia p^o papā solui
vel absolui. quēadmodū poss^o de excoīca/
tionis sentētia ab hoīe lata taliter libera/
ri. alioquin qd importaret cōcessio talis
ample facultatis q^o ab omnibus sentētis
tam a iure q^o ab hoīe latis/ possit Johes
absoluere martinū.

R Scis ne qd
in oppositū possit et iuribus introduci?

D Accepi quosdā dicere/ q^o irregulari/
tas nō cadat sub forma absolutōnis/ sed
sub forma dispensatōnis. qm̄ irregulari/
tas non semp indiget absolutōe. cū absq^o
pctō contrahat aliqū. sed tunc dispensatio
locū habet/ si gratia tali fiat.

R Nō
est vsq^o quaq^o absurdū illud qd isti dicūt
Nihilomin^o oportet theologos simul cū
canonistis cōuenire in acceptiōib^o istorū
terminoz ligare et soluere. Et scire qd di/
cat sentētia a iure. qd ab hoīe lata. a q^o dat
facultatē absoluendi dñs papa in conces/
sione q^o dicta est Cū vero sicut pdixisti ab/
solutio referat ad ligatōnem/ cōcessio lo/
quēs de absoluteione a sentētis iuris aut
hoīs/ intelligi debet de sentētis penalib^o
atq^o ligantib^o. Et hoc iā notauim^o. sed re/
cepim^o cōstringēdo sermonē de sentētis
a iure vel ab hoīe latis. q^o sunt sentētie pe/
nales inflicte vel late propter culpā veraz
vel presump^o. propriā vel alienā prop^o
sentētias penales. q^o quādoq^o ferunt sine
culpa illi^o in quē ferunt. sed nō sine causa
Quod dicis. ptz in excoīcatis prop^o obe/
dientiā deo et proprie consciētie faciendā
vbi latet eccliam veritas.

D Appa/
ret q^o in hac descriptōe sententiaz/ cōsen/
tire debeat canonista Talib^o enī sentētis
ligati/ indigent absolutōe que soluat seu
tollat vinculū. Nam qd est absolutio nisi
a vinculo liberatio? siue talis absolutō fi/
at p^o nomē dispensatōis sentētie siue p^o ali/
ud nomē equivalēs. vt p^o habilitatē seu p^o

restitutōem ad priorē statū. **R** Di/
cet fortassis canonista q^o inter liberatiōez
a vinculo irregularitatis p^o dispensatiōez
et inter liberatiōem p^o absolutōem hoc inf/
est. quia absolutio respōdit solūmodo ho/
minē in statu salutis eterne tollēdo qdqd
obest cōsecutiōi salutis eterne/ quēadmo/
dū fit in articulo mortis dum penitet hō.
etiāsi nullum possit habere sacerdotē Di/
spensatio autē restituit ad ea que sunt di/
uinitatis ad bñ esse in vita morali vel ci/
uili vel meritoria.

D Sequeretur ex
hac interpretatiōe. q^o martin^o absoluit^o ab
omnibus sentētis tam ab homie q^o a iure
nō absolueret in casu prenoīato/ ab irre/
gularitate sentētia liter inflicta p^o hominē
immo a sentētis interdici vel qualificatōez
excoīcatōis. sic q^o possit libere suscipere
postmodū corpus xpi. cū nō sit de neces/
sitate salutis. immo nec vti sacramēto vn/
ctōis extreme. nec tenere beneficiū ecclesi/
asticū. nec audire missas i ecclesia. nec p^o
mortē habere sepulturā sacrā Patz hec se/
quela. qm̄ talia nō sunt de necessitate sa/
lutis absolute faciendā. Est tamē vsus ec/
clesiastic^o in oppositū. maxime de ligatis
p^o sentētias excoīcatōis. dum enī absoluit^o
tur/ libere pnt postmodū nedū corp^o xpi
suscipe. sed missam celebrare vt pri^o. et be/
nificijs gaudere ecclesiasticis. Cur non ita
fieret/ si a sentētis irregularitatis a iure
vel ab hoīe latis/ absoluant^o casu nō?

R Fortiter instas. attento q^o in abso/
lutiōe iuridica/ nō est necessaria certa for/
ma verbor^o/ quēadmodū dicim^o de abso/
lutiōe sacramēntali a pctis. Duc accedit q^o
absolutio iudicialis a vinculo penaz/ p^o
fieri circa absentē vel circa nō petentē. im/
mo in inuitū fm̄ multos feret seu relapa/
bit. dum sentētia penalī plus inuenitur
nocere sibi et republice/ q^o pdesse.

D Si occurrit ad hoc dictū/ absurditas al/
tera q^o melioris esset conditōis sentētia
penalis a iure vel ab hoīe lata ppter pecca/
tū illius q^o ligatur/ q^o si absq^o peccato pro/
prio/ vinculū aliquod vtputa irregulari/
tatis contraheret. Quid enī est irregulari/
tas nisi quoddā impeditiū vinculū/ ne
sit aliquis idone^o ad aliquod opus legiti/
mū vtputa ad officandū ecclesie. sicut ex/
coīcatio ligat et religat a sacramentoz p/
ceptōne/ si sit minor. et a ciuili cōicatioe si
sit maior. Acta in casu pmissio/ martinus

culpa propria excoicatus absoluit. et ab-
solutus poterit exercere sicut prius tales
actus legitimos qui non sunt omnes de ne-
cessitate salutis non sic autem poterit absol-
ui ligatus vinculo irregularitatis/ absq[ue]
culpa sua. **V**idesi quedam talia
poteris inuenire/in quibus fauorabili[us] agi-
tur quo ad aliqua cum peccatis. quatin[us]
vbi supabundauit delictum ibi supabun-
det et gratia. Exemplum sumit familiare p[ro]-
posito nostro Itaque si vir infidelis prius
homicida baptisetur. soluit nedum a culpa
homicidij sed ab irregularitatis etiam vin-
culo consequere homicidium. vbi si duas
habuisset uxores legitimas successiue vel
vnam non virginem. baptismus non tolleret hoc
irregularitatis ligamentum. Forte sic in p[ro]-
posito si martinus absoluit ab omnibus pec-
catis confessis. et cum hoc ab omnibus senten-
tijs tam a iure quam ab homine latis. Veniretque
si persequamur absolutio irregularitatis sicut
excoicationis ex qua sumpsit occasio[n]ale
vinculum irregularitatis dum ligatus se di-
uinitis immiscuit. Non autem est concubina-
tio vel consecutio talis/ in irregularitate
que non tam contracta est ex sententia penali
quam ex constitutione legis aut statuti. **D**
Habent ista probabilitate. sed non euacuant
totam difficultatem nostre dubitationis specialiter
quod ad inuestigationem descriptionis seu quod
nois sententie presertim a iure late. Ecce re-
cipiamus duas constitutiones iuris que dicuntur
decretales vel decretales. vna dicit sic Si
quis suadente diabolo/ manus miserit violen-
tas in clericum/ sit excoicatus ipso facto. al-
tera constitutio dicit. Si quis celebrauerit
excoicatus/ sit irregularis ipso facto. **R**
Respondi iam quod quilibet scientia/ terminos
suos habet. sed inferior scientia debet resolvere su-
os terminos quando surgit ambiguitas/ ad
terminos scientie superioris. que sunt simplici-
ores. Sic enim metaphisica/ resoluit emi-
nos omnium scientiarum iunctis logica grammati-
ca et rhetorica. Cum igitur theologia sit superi-
or ad omnes scientias. etiam ad metaphisicam natu-
ralem et ad ius omne/ canonicum et civile.
debet resolutio vel interpretatio sumi per theo-
logiam presertim in his que salutem respiciunt.
D Perpicuum est etiam mihi in exemplis
inductis modo per te. **P**rius privilegium
itaque per papam/ de cuius potestate principaliter est
sermo presens/ iure dicitur absolutus ab aliquo le-
ge generali prius ipsum ligante. sicut et disp[en]-

satus. Et hoc siue dispensatio sit legis mo-
deratio siue sit ipsius totalis ablatio. Rur-
sus ille qui habilitatur/ absoluit ab inha-
bilitationis vel irregularitatis vinculo.
Rursus dum infamis restituit ad famam/ ab-
soluit. Hoc vidit illa iunior Sara diuini-
orauit. Obsecro domine a vinculo imprope-
rii absolvas me Quid preterea de seruitu-
te/ nunquid non est vinculum magnum/ nunquid
est liberatio grandis absolutio vinculi ser-
uitutis/ Seruitutis inquam vel que pen-
sat vel que esset si non esset iudex concedens
libertatem Unde papa dispensans cum irregu-
lari/ posset ita dicere. Soluo te vel absol-
uo te a vinculo irregularitatis vel ab irre-
gularitate. Et ita de qualibet alia iuris pe-
na/ sub penali sententia a iure lata vel ho-
mine. **D** Superesse nihil video circa
concessionem in Martino factam quod absolui
possit ab omnibus sententijs tam a iure quam
ab homine latis auctoritate summi ponti-
ficis/ quin sententia irregularitatis cadat
sub hac concessione. que concessio veraciter
est quedam absolutio. Martinus enim prius li-
gatus ne posset ab alio quam a summo ponti-
fice absolui/ nunc vero potest absolui a quocumque
sacerdote quem elegerit. et ita solutus
est vinculum ab eo sententiarum vbi reseruantur
tales casus soli pape. **F**init.

Accipe sub com

pendio propositioes octo sequentes ad eluci-
dationem premissorum.

Prima propositio.
Omnis sententia rati a iure quam ab
homine lata/ derivat a sententia
primi iudicis dei. et hoc media-
te vel immediate. approbatiue vel pmissi-
ue. Repitur inde dictum de deo quod sententia
eius fuit hec vel illa. Dixit expresse Breg.
quod deus mutat sententiam non conciliium. cuius ver-
bi intellectus alibi querendus est. **S**ecunda
Omnis sententia tam a iure quam ab homine
lata/ continetur sub duplici differentia. Quia
quedam est solius dei. quedam creature rati-
nalis sub deo. et hoc vel a beatis sicut sunt an-
geli. vel de viatoribus sicut sunt principes
et plati. vnde dicitur de Nabuchodonosor
quod egressa est sententia ab eo/ ut interficeret
omnes principes babilonis. Sunt insup-
concordantie tales multe. **T**ertia Omnis
sententia tam a iure quam ab homine lata/ dicitur per
2. 4

De resolutione super quodam

iudicialis. et hoc vel in foro conscientie inferioris. vel in foro coercitive iusticie exterioris. Dicitur enim sententia iudicialis. quia conclusio seu determinatio iudicij. **Quarta** Omnis sententia iudicialis humana dici potest civilis vel ecclesiastica. et hoc secundum diversos fines primos et principaliter intentos. quia sententia civilis respicit vitam presentem pro suo convictu tranquillo. ecclesiastica vero vitam futuram. **Quinta** Omnis sententia iudicialis ecclesiastica fundatur in verbo christi dicitur ad petrum et apostolos. Quocirca ligaueris super terram. ubi presens immediate fundauerat potestatem excommunicationis iudicialiter dicens. Quod si ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus et publicanus. **Sexta** Omnis sententia iudicialis ecclesiastica sufficiens explicat per hec duo verba ligare et soluere. utendo terminis istis non ad litteram sicut ligantur boues et asini. sed secundum transumptionem corporaliu ad spiritualia. ita quod sententia iudicialis ecclesiastica describitur potest quod est sententia ligans vel absolvens in ordine ad finem felicitatis eterne. **Septima** Omnis sententia iudicialis ecclesiastica vel a iure vel ab homine lata dum conceditur ut possit absolui presupponit quod ipsa ligauerit uno vinculo penali vel plurimis. **Octava** Omnis sententia iudicialis ecclesiastica diuersimodis potest explicari vel ferri per arbitrio iudicis presertim summi qui est papa. Sicut dicitur dum dicitur ligare vult. Volumus tale esse ligatum vel excommunicatum quo ad omnes actus legitimos civiles vel ecclesiasticos. Volumus tale esse irregulare. inhabile. infamem. et ita de talibus penarum vinculis. Aut dum vult soluere dicendo. Dispensamus cum tali. habilitamus talem. restituimus tale fame sue. concedimus tali ut promoueri possit ad ordines non habitos vel in habitis ministrare. Et ita de mille loquendi modis qui finaliter resoluunt in hec duo verba ligare et soluere. **Supra** est ex istis concludere quod interpretatio doctrinalis theologorum fauet concessioni predictae quod dum papa concedit martino ut habeat facultatem eligendi confessorem qui possit eum absolui ab omnibus peccatis de quibus confitebitur et ab sententijs tam a iure quam ab homine latis. comprehendit in hac absolutionis facultate irregularitas contracta vel a iure vel ab homine. quia non contrahitur nisi per sententiam ab homine vel a iure latam. alioquin daretur sententia tam excommunicationis quam interdicti a quibus

non posset predictus martinus absolui virtute concessione sue. Quod si sic. perit regula generalis. que casus in quibus et in quibus non fieri valeat absolutio determinat. Finit

Sequitur ab eodem

domino cancellario facta resolutio super casu subsequenti circa irregularitatem

Quidam habes cultellum paruum in vagina alterius maioris repositum. eduxit eum non dolose neque ad usum illicitum. quem cultellum dum vnus sociorum vel let accipere et ipse reniteret. Contigit ut illa hora et loco quidam retrosum appropinquaret et impigeret in illum paruum cultellum ut oculus suus configeret taliter quod cecatus fuisse dicitur tandem oculus ille. Queritur si dicenda est inde contracta irregularitas in tenente cultellum. **Respondetur** per aliquas consideraciones. **Prima consideratio** Considerandum est primo per dissolutionem casus quod in talibus sepe aliter iudicat iurista. aliter theologus quia primus magis inspicit foris contentiosum et extrinsecum. sed theologus magis attendit foris conscientie et intrinsecum quo ad deum. **Secunda** Considerandum est consequenter quod hoc duplex foris accipit suam distinctionem secundum quod actus moralis habet considerari dupliciter. Est dicere secundum materiam vel secundum formam actus moralis. **Materia actus moralis** dicitur ipse actus de genere cui circumstantijs suis generatilibus non habito respectu ad finem vel intentionem agentis. forma vero est ipsa intentio finis. **Tertia** Considerandum vltimum quod materia actuum moralium attendit in triplici differentia. Nam quidam sunt actus de genere suo simpliciter mali. qui scilicet confestim noxiati includunt secundum malitiam sicut dicit philosophus. ut sunt furtum. fornicatio. homicidium. Alii sunt actus de genere simpliciter boni. ut dare elemosinam. honorare parentes. Tertii sunt indifferentes de suo genere. ut leuare festucam. fricare barbam. et similes. **Quarta** Considerandum rursus quod istorum triplicium actuum primi sic se habent quod non sunt susceptibiles bonae forme moralis. sicut materia indisposita in naturalibus non est susceptiua forme naturalis et vite. ita quod propter nullam bonam intentionem possunt tales actus boni effici. secundi vero actus possunt fieri mali quibus sunt in genere suo boni. dum accedit intentio per